nnocentius eps servus servorum dei ilecto filio untio nro et edis aplice ad ractum heni commoranti
Salt et aplicam ben. Sollicite considerationis indagine prout pastoralis officij cura requirit circa statum monasteriorum omnium feliciter et prospere dirigendum operosis studijs diligenter
intendimus ut monrijs ipsis que vacationis incommoda deplorare noscuntur per nre operationis ministerium de salubris provisionis remedio celeriter succurratur. Cum itaqz sicut accepimus
Monrium sci Maximini prope et extra muros Civitat. Treviren ordinis sci Benedicti sedi aplice immediate subiectum ad quod dum pro tpre vacat electio persone idonee in Abbatem
dti monrij preficiende ad dilectos filios eiusdem monrij Priorem et Monachos spectat et pertinet et ad quod alias tunc per obitum quondam Petri Fridburgh illius dum viveret ultimi Abba
tis extra Romanam Curiam de mense Octobr. Anni Domini Millesimi sexcentesimi vigesimi tertij defuncti vacans dilectus filius Agritius Rechingen monachus dti ordinis in dto monrio
expresse professus a tunc existentibus Priore et Conventu dti monrij infra tempus electus fuit et quod postea sub pretextu qd electio hmoi canonice facta non esset bone memorie
Philippo Christophoro Archiepo Treviren sacri Romani Imperij Princi Electori tunc in humanis agenti per eum quoadviveret sub certis modo et forma tunc expressis tenendum regendum
et gubernandum aplica auctte commendatum fuit ex eo qd dtus Philippus Christophorus Archiepus lris aplicis desuper expeditis possessione ipsius dti monrij per eum saltem pacifica non habita
sicut Dno placuit extra dtam Curiam diem clausit extremum adhuc per obitum dti Petri vacaverit et vacet ad pns. Nos cupientes eidem Monasterio de persona secundum cor nostrum
utili et idonea per quam circumspecte regi et salubriter dirigi valeat providere ac sperantes qd ipse Agritius cui apud Nos de religionis zelo vite munditia honestate morum spiritua
lium providentia et temporalium circumspectione alijsqz multiplicium virtutum donis fidedigna testimonia perhibentur dto Monasterio esse poterit plurimum utilis et etiam fructu
osus ipsumqz Agritium a quibusuis excois suspensionis et interdicti alijsqz ecclesiis sentijs censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis si quibus qmodlt
innodatus existit ad effum pntium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes Discretioni tue attento qd dtum Monasterium eidem sedi immediate
subiectum existit ut ptur per apostolica scripta mandamus quatenus si per diligentem examinationem eundem Agritium ad regimen et gubernium eiusdem Monasterij utilem et
idoneum esse repereris super quo conscientiam tuam oneramus Monasterio pto cuius fructus redditus et proventus ad Quatuorcentum florenos auri in libris Camere aplice
taxati reperiuntur sive ut ptur sive alias quovis modo aut ex alterius cuiuscumqz persona seu per liberam cessionem dti Petri Abbatis vel cuiusuis alterius de regimine et administra
tione dicti Monasterij extra dictam Curiam etiam coram Noto publico et testibus sponte factam aut assequutionem alterius benefi eccliei quavis auctte collati vacet etsi tanto tpre va
caverit qd eius provisio iuxta Lateranen statuta Concilij aut alias canonicas sanctiones ad sedem ptam legitime devoluta existat et illa ex quavis causa ad sedem eandem specialr
vel gnalr pertineat eiqz cura et iurisdictionalis immineat et de illo Consistorialiter disponi consueverit seu debeat et super regimine et administratione ptis inter aliquos lis cuius illorum
possessio vel quasi molestia cuius statum pntibus haberi volumus pro expresso pendeat indecisa Dummodo tpre Dat. pntium eidem Monasterio de Abbate provisum aut illud alteri com
mendatum canonice non existat cum illi forsan annexis ac omnibus Iuribus et pertinentijs suis de persona dicti Agritij auctte nostra provideas ipsumqz illi in Abbatem
preficias curam ipsius Monasterij ac hmoi regimen et administrationem ei in spualibus et temporalibus plenarie committendo ac in adipiscenda possessione seu quasi regi
minis et administrationis ptorum ac bonorum dti Monasterij eidem auctte nostra assistens facias ei a dilectis filijs Conventu obedientiam et reverentiam debitas et devotas ac a
Vassallis et alijs Subditis eiusdem Monasterij consueta servitia et Iura sibi ab eis debita integre exhiberi Contradictores auctte nostra pta appellatione postposita compescendo
Non obstantibus felicis recordationis Bonifatij pp viij predecessoris nri et alijs aplicis Constitutionibus ac Monasterij et ordinis ptorum etiam Iuramento confirmatione aplica
vel quavis firmitate alia roboratis statutis et consuetudinibus contrarijs quibuscumqz Aut si Conventui Vassallis et Subditis ptis vel quibusuis alijs coiter aut divisim ab
eadem sit sede indultum qd interdici suspendi vel excommunicari non possint per lras aplicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmoi mentionem
Nos enim si easdem pntes per te executioni demandari contigerit ut ptur eidem Agritio ut ipse postqz dto Monasterio prefuerit a quocumqz quem maluerit Catholico Antistite
gratiam et communionem dicte sedis aplice habente munus benedictionis recipere libere valeat ac eidem Antistiti ut munus ipsum ei impendere licite possit facultatem concedi
mus per pntes Volumus autem qd idem Antistes qui illi dictum munus impendet antequam illud sibi impendat ab eo nostro et Romane ecclie nomine fidelitatis debite solitu recipiat
Iuramentum iuxta formam quam sub bulla nostra mittimus introclusam ac formam Iuramenti hmoi quod prestabit nobis de verbo ad verbum per eius patentes lras suo sigillo mu
nitas per proprium Nuncium quantocitius destinare procuret Et qz antequam dicto Monasterio de eius persona provideatur fidem Catholicam iuxta articulos iam pridem a sede
pta propositos in tuis manibus emittere illamqz sic emissam ad dtam sedem sine mendis cum tui et dicti Agritij subscriptione et quantocitius transmittere omnino teneatur alioquin
presens gratia nulla sit eo ipso Dat. Rome apud Sanctammariammaiorem Anno Incarnationis Dominice Millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo Quarto Non. Maij
Pontus nri Anno Octavo

C

A. Bovarinus? pro ... 22 ...
Do. Mauriponi ...
O. Grasselli ...

De La Chorne

12

L Radoux

Vta P. Gomels

Baa:16